Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



adiut 2 303

frequenter ter virgis cesus sum:
semel lapidatus sum: ter naufra
gium feci. Nocte et die in profundo
maris fui. In itineribus sepe:
periculis fluminum. periculis latro
num. periculis ex genere. periculis
ex gentibus. periculis in ciuitate. pe
riculis in solitudine. periculis in
mari. periculis in falsis fratribus.
in labore et erumpna. in vigiliis multis.
in fame et siti in frigoribus multis
in frigore et nuditate: preter illa
que extrinsecus sunt: instantia mea
cotidiana: sollicitudo omnium ecclesi
arum. Quis infirmatur et ego non in
firmor. Quis scandalizatur: et ego
non vror. Si gloriari oportet: que
infirmitatis mee sunt gloriabor.
Deus et pater domini nostri ihesu
xpi scit qui est benedictus in secula q
non mentior. In damasci prepositus gen
tis aretheae regis custodiebat ciuita
tem damascenorum ut me comprehe
deret. et per fenestram in sporta demis
sus sum per murum et sic effugi ma
nus eius eius:

Si gloriari oportet: non
expedit quidem. Veniam autem
ad visiones et reuelationes
domini. Scio hominem in xpo ante annos
quatuordecim: sive in corpore sive
extra corpus nescio deus scit: rapi
tum huiusmodi usque ad tertium ce
lum. Et scio huiusmodi hominem. sive
in corpore sive extra corpus nescio
deus scit: quoniam raptus est in pa
radisum: et audiuit arcana ver
ba que non licet homini loqui. pro
huiusmodi gloriabor: pro me autem
nichil nisi in infirmitatibus meis
Nam et si voluero gloriari: non
ero insipiens. Veritatem enim dicam. par
co autem: ne quis me existimet supra
id quod videt in me: aut audit aliquid
ex me. et ne magnitudo reuelatio
num extollat me. datus est mihi
stimulus carnis mee angelus sa
thane ut me colaphizet. propter
quod ter dominum rogaui ut discederet
a me: et dixit michi Sufficit ti
bi gracia mea Nam virtus in in
firmitate perficitur. Libenter igitur
gloriabor in infirmitatibus meis
ut inhabitet in me virtus xpi.
propter quod placeo michi in infir
mitatibus meis: in contumeliis in
necessitatibus in persecutionibus in angu
stiis pro xpo Cum enim infirmor tunc
potens sum. factus sum insipiens in
vos me coegistis. Ego enim a vobis
debui commendari. Nichil enim minus
feci ab his qui sunt super modum apos
tolorum etsi nichil sum signa tui apos
tolatus mei facta sunt super vos in omni
patientia signis et prodigiis et vir
tutibus Quid enim quod minus habui
stis pre ceteris ecclesiis nisi quod ego
ipse non grauaui vos. Donate
michi hanc iniuriam ecce tertio hoc
paratus sum venire ad vos. et non
ero gravis vobis. Non enim quero quod
vestra sunt: sed vos. Nec enim debet fi
lios parentibus thesaurizare: sed pa
rentes filios. Ego autem libentissime
impendam et super impendar ipse
pro animabus vestris. licet vos plus
diligens minus diligar. Sed esto. Ego
vos non gravaui: sed cum essem astu
tus dolo vos cepi. Numquid per
aliquem eorum quos misi ad vos de
cipiui vos. Rogaui Titum et misi cum illo fratrem. Numquid Titus
vos circumiuit. Nonne eodem spiritu
ambulauimus Nonne eisdem vestigi
is. Olim putatis quia excusamus nos
apud vos coram deo in xpo loqui
mur. Omnia autem carissimi propter
edificationem vestram Timeo enim
ne forte cum venero. Non qua